

# Mythologia, Francfort, 1581 - III, 01 : De Acheronte

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#)

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 01 : De Acheronte](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III**

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 02 : D'Acheron](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III**

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 01 : D'Acheron](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination p. 189-194

## Du monde

Toponymes [Achéron \(fleuve/rivière\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

---

oblectamenta, ibi cōcinna & elegantia conuiuia, voluptasque nulli molestia coniunctæ. Neque enim calor immodicus, nec frigus sentiebatur, sed aer semper erat salubris & temperatus, neque vehementioribus solis radiis inflammabatur. Quod est enim suauissimarum auicularum genus, quod ibi nō mirificos concentus exerceret: aut quæ arbores sunt odoriferæ, quæ nō semper amœnissimis floribus vestirentur? hinc lites, hinc inimicitæ, hinc odia, hinc latrocinia, hinc doli, hinc periuria, hinc inuidia exulabat. Hic felicissima vita, & ab omni molestia tranquilla sine mortis aut ægritudinis metu traducebatur, vt dicebāt. Quod felicitatis genus illis solis expositum erat, qui sanctè pieque vixissent, aut qui peccata quidem non nulla, sed medicabilia & leuia commisissent, quæ quodam in loco non longè ab hoc expurgabātur. His rationibus ad corporis voluptates pertinentibus (alias enim voluptates vulgus non percipiebat) alijsque similibus conati sunt antiqui multitudinis animos partim spe voluptatum, partim metu suppliciorum ad iustitiam, vitæque integritatem reuocare. Sed quoniam primus omnium mortalium Plato istas rationes excogitauit, vt sensit Hecateus, hunc esse locorum illorum Regem crediderunt: sicuti ventorum Æolum, quia mutationes ventorum prior obseruasset; Lunæque amicum Endymionem, quia lunæ cursum prior & mutationes percepisset. Et quoniam de Plutone verba fecimus, nunc quæ formidabilia fuisse crederentur in eius regno, inuestigemus, ac primum de Acheronte loquamur.

*De Acheronte. Cap. I.*

SCRIPTUM reliquit diuinus Plato in Axiocho, si modò legimus est eius scriptoris dialogus, Opim & Apollinem tabulas quasdam æneas in Delum ex Hyperboreis detulisse, in quibus scriptum erat, animam, postquam fuerit à corpore exolata, in ignotum quendam subterraneum recessum peruenire, vbi Regia sit Plutonis, nihilo minor quàm Iouis sit aula. Nam cum medium globosi orbis terra obtineat, superius hemisphærium Iupiter & eius filii gubernant, cum inferiori Plutoni Iouis frater & nepotes domibentur. Sed antequam ad Plutonis regis vestibulum peruertum sit, vbi porta ferrea firmissimis pessulis claustrisq; confirmata excipit aduerses, primus est Acherō fluuius, post quē Cocytus, ac alii deinceps, vt explicabitur.

Hunc fluvium igitur Acherontem, qui primus accedentes ad inferos mortuorum animas excipit, ac traiciendus est, nonnulli Cereris, alii Terræ filium esse fabulantur, quem alii alia de causa missum fuisse ad inferos dixerūt. Acherontē fluvium esse, qui in Acherusiam paludem illabatur, ita scripsit Plato in Phædone; τοῦτου δὲ χαρτακτὸν καὶ ἰσχυρῶς ῥέων Ἀχέρων, ὃς δὲ ἱερῶν τὸ πᾶν ῥέει ἄλλων καὶ δὴ καὶ ὑπὸ γλῶσσοις, εἰς τὴν λίμνην ἀφικνῆται τὴν Ἀχέρουσιαν, οὐ αἰτῶν τὴν λιαντικώτην. Ἐνταῦθα καὶ περὶ τῶν ἀφικνῶνται καὶ τὰς εἰς ἀπὸ τῶν χροῖας μείναισιν, αἱ μὲν μακροτέρους, αἱ δὲ βραχυτέρους, πάλιν ἐκπέμπεται εἰς τὰς τῶν ζώων γενέσει. *At contra, e regione huius fluit Acheron, qui per alia loca deserta labitur, atque sub terram occultatus in Acherusiam paludem ingreditur: quo multa mortuorum anima perveniunt. Ibi tempora quadam dimittitur statuta alia longiora, alia breviora expellentes rursum in animalium ortus relabuntur.* Alii contra non ingredi, sed egredi ex Acherusia palude Acherontem fluvium putant, ut sensit Strabo libro octavo, qui Acherontem scribit in portum Chimerium dulcem multis acceptis fluminibus intrare, atque eum sinum dulcem efficere, qui non procul distat ab Ephyra Thesprotorum ciuitate, quem etiam Acherontem & Dauhium inquit in Alpheum irrumperere. Huic fluvio datum esse nonnulli inquit id nomen, quoniam Cereris, Proserpinaeque, ac Plutonistempla, quæ magno in honore apud Triphylicam Hypanam fuerunt, alluebat. Enimvero scire conuenit duo fuisse flumina variis in locis eodem nomine appellata fuisse Acheron fluvius in agro Brutio iuxta Pandosiam, vbi Molossorum Rex Alexander ab oraculo Dodonæo deceptus, trucidatus fuit, ut ait Strabo libro sexto; cùm iuberetur Acherontem atque Pandosiam deuotare: isque arbitratus esset ea esse loca in agro Thesprotio, quæ erant eo nomine per id tempus celeberrima. Alius item fuit Acheron Epiri fluvius ex Acherusia palude defluens iuxta Pandosiam ciuitatem, qui multis fluminibus auctus, ut dictum est, in sinum Ambracium illabebatur. Erat autem Acherusia palus, per quam sub terra dictus est Acheron in Mariandynorum regione defluere, ut ait Apollonius libro 1.

καὶ τὸν δὲ ἢ μάλα πάλυ δὲ ἰεὶ ἄλλος ἀπὸ τῆς ῥέουσας  
 τῆς Μαριανδυνῶν ἐπὶ κέλευσιν τῆς ῥέουσας,

ἔτι

ὄψα μιν εἰς ἀΐδα κατακλίσεις ἰσὶ κίλιουδες,  
 ἀκτῆτι προφλῆτι Ἀχέρουσιος ὑψέτι τήτι,  
 θιπέσσι Ἀχέρουσιος διὰ κέβιτι τῶσι  
 ἄκρῃσι ἐκ μεγάλης προχῆσι ἴσσι φάρσι γῆσι.

*Inde iter exiguum redeuntes per mare, terram  
 Ibitu ad Mariandynam è regione locatam.*

*Est ibi Tartarei descendens ianua Ditis:  
 Atque alte tellus Acherusia prominet inde  
 Hanc Acheron scindens sub terra vertice multo  
 Volvitur: atque specu de magno effunditur unda.*

Hæc palus Acherusia non multum à Cichyro oppido distabat, ut ait Paus. in Articis. & Strabo libro quinto proximam fuisse scribit Miseno promontorio, quæ deinde reducta profundum litus in sinu Baiano aperiebat, aquasque præbebat sanandis morbis accommodatas. Cum essent igitur duæ Acherusiae, altera in agro Brutio, altera iuxta Pandosiam in agro Thesprotio, siue in Epiro apud urbem Heracleam, non procul à Sinope: iuxta hanc Epiri Acherusiam Acherontem fluvium inferorum fluere scripserunt antiqui, quem sub terram immergi, & inferos usque peruenire, paludemque ibi altissimam efficere crediderunt. Iuxta hanc Acherusiam fuit descensus ad inferos, ut scripsit his verbis Aretades Cnidius in libro secundo rerum Macedonicarum, & repetiuit perdoctus Apollonius enarrator: ἡ περί Ἡράκλειαν Ἀχέρουσιος καλουμένη πανταχόθεν ἐκ θαλάσσης ἐστὶν ὑψήλι τε καὶ ἀπόκριμος, καὶ ἀπειρίτου καὶ εἰς δυσμάς ἐστι τὸ πρὸ τῆς Βιθυνίας πέλαγος: καὶ προσπίπτουσα αὐτῇ τὸ κύμα σφοδρῶς ἀποτιλῆ ἤχους. καὶ περί τῶν ἐπ' ἄκρῃσι αὐτῆς πεφυκίως πλατάνων, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῇ πεδίου καὶ δοκῆσιν ἰσὶ κατακλίσεις εἰς ἀΐδα ὑπάρχει. *Acherusia vocata, quæ est iuxta Heracleam, ubique alta est & præceps supra mare, atque in occidentem respicit in mare Bithynia: cui unda incidens ingentes sonos efficit. Hinc in summa parte nata sunt platani, & in eius planitie: ibique videtur esse ad inferos descensus.* quod scripsit etiam Nymphis Samius in primo Heracles. Nam apud eum fluvium speluncam fuisse, quæ duceret ad inferos, creditum est, ut scripsit de prædictorum scriptorum sententia Apollonius in secundo Argonauticorum:

ἐκ δ' αὐτῆς ἔστω κατακλίσεις ἑπὶ εἰς Ἀ

μέλαινα ὑπαιθεὶς νάπη, ἵσα τε ἀπίας ἴσ' αἰθέρα  
 ὕλη καὶ πέτρης ἰσπεριφίε' ἴσθιν αὐτὴν  
 πηγυλῆς, ὀκυρόντας ἀναπνεύσασα μυχῷ  
 σωτηρίας, ἀργυρόταται ἀνὰ πέδιτ' ἰτροφί παχέλιω.  
*Nec procul, interius prospiciat terra propinqua,  
 Ad medium conuersa diem. spelunca remittit  
 Frigida, ubi exhalat graueolentes &que vapores:  
 Semper & hac aluit se circum cana pruinam.*

Ex hac palude Acheron fluiuius in mare fuit, quod est orientem verius, de quo nunc loquimur: qui cum sub terram occultetur, mox per quandam speluncam vallemque emergit, tanquam ab inferis, ad quos per multum spatium accedere creditur, ut est apud eundem poetam:

ἴσθα δὲ καὶ πρυγοὶ πεταμῦν Ἀχέρωντος ἵασιν.  
 ὅς τε δὲ ἴσ' ἀκρῆς ἀνιρθύγαται εἰς ἄλλα ῥέλλων  
 ποίω· μέλαινα δὲ φάραγγ' ἔστ' ἄγχι μιν αἰθῶν.  
*Hic Acherontas & est sunt ostia fluminis:  
 Quis summa de parte sinens prorumpit in aequor  
 Eoum: reuocat &alles in luminis aurai.*

Fama est hinc & per hanc speluncam Herculem Cerberum in lucem eduxisse, ut in his scripsit enarrator Nicandri: Ἀχέρων δὲ ποταμὸς ὃς ἠρακλείας τῆς ποτικῆς, ἴσθα τὸν τὸ ἄνεκω ἠρακλῆς ἱέρων, καὶ ὁ λόφος Ἀκόνιτος λίγαια. *Acheron fluminis est Heraclea Pontica, quā Hercules Plutonis canem eduxit, atque collis Aconitus dicitur.* Huius fluminis aquam insuauissimam fuisse, sicuti etiam Cocyti, scripsit Pausanias in Atticis, cuius alumna est alba populus, ut oleaster Alphei, populus nigra Eridani: quare cum ad Cerberum Hercules per eam portam accessisset, dicitur fuisse alba populo coronatus, cum ob caliginem tamen inferorum facta sit postea nigra illa corona, de qua apud Padum defossa nata est nigra populus, ut fabulantur. Hic Acheron dicitur è Gorgyra filium Ascalaphum habuisse, quem tamen quidem ex Orphne nymphea Auerni suscepisse maluerunt, qui Proserpinam accusauit, quia ieiunium apud inferos soluisset: de quo ita scripsit Apollodorus Grammaticus libro primo: ἔστα μαρτυρήσαντος δὲ αὐτῆς Ἀσκαλάφου τῷ Ἀχέρωντος καὶ γοργύρας: cum testimonium aduersus ipsam dixisset Ascalaphus Acherontis & Gorgyra filius. Quare Ascalaphus vel iustus accusator ob accusationis inuidiam

inuidiam fuit in bufonem mutatus. Dicitur fuit Acheron ἀχέρων ἄχρον, quia fluant vndæ moleſtiarum ſcilicet. nam, vt ait Uacius ἄχρον ἄχρον ἄχρον τῶν πόντων ἐν γῆρας: quia dolores ſcilicet & merores coniuñctonum mortuis magnis vndis deuoluantur. Ego tamen illorum ſententiæ potiùs acceſſerim, qui Acherontem dictum putarunt, ab Acheronte illo qui in iis locis regnauit, vt ſcripſit Andro Teius in ſua nauigatione. Atque ex his patuit primum Acherontem descendentes ad inferos animas excipere ſolitam, & Cereris, vel (vt alijs magis placuit) Terræ fuiſſe filium. Hunc quia potum præbuerit Titanibus aduerſus Iouem pugnantibus, ad inferos detruſum crediderunt, qui ex Acheronia deſlueret per loca ſubterranea, atq; per vallem profundam ruruſus ederetur in lucem, aquamque haberet inſuauiſſimam.

¶ Hæc illa ſunt quæ de Acheronte fabuloſè ſcripta inueniuntur, quæ cur ficta ſint, nunc perquiramus. Cur Acheron primus excipit mortuorum animas? quia cum morituri ſunt homines, torpor quidam mentem animumque ita labefactat, vt propinqua mors eſſe facile ſentiat. tunc enim conſcientia, rerumque geſtarum memoria animum perturbat: quæ palas eſt omnibus primùm traicienda, vt fabuloſè fingitur a poetis: neque enim in hac præteritæ vitæ inueſtigatione poteſt animus non magnopere commoueri. Cereris autem ſive Terræ filius hic fluuius dicitur, quoniam vniuerſa animi moleſtia & perturbatio aut ex acquirendarum aut ſeruandarum diuitiarum ſtudio naſcitur. Hic fluuius potum Titanibus aduerſus Iouem pugnantibus præbuit, quoniam multæ inique cogitationes aduerſus ſacta Dei mandata inſurgunt, quas ſi animus diutius aluerit, à vera Dei lege deſciſcit, & in brutorum naturam delabitur. Vbi verò quis vir bonus vel etiam malus omnem ſpem in Dei clementia & benignitate collocauerit poſt hanc præteritæ vitæ ratiocinationem, tum moror ille, qui Acheron dicebatur, per vallem profundam pectoris ſcilicet in lucem extollitur, atque lubens ad optimi iudicis Dei præſentiam contendit. Hic fluuius inſuauiſſimæ aquæ eſſe dicitur, quoniam vitæ noſtræ ratio, ſi diligenter perpendatur, multas habet inſuauitates. Atque (vt rem paucis explicem) nihil aliud per hæc quæ ſunt apud inferos ficta, ſignificare voluerunt antiqui, quam ita vitam noſtram oportere

comparare, ut recordatio præteriti temporis quàm maximè animos nostros ob innocentiam & integritatem confoletur in morte, & intrepidus ad omnem iudicium seueritatem nos perducatur. sub his enim fabulis omnes morituri hominis cogitationes exprimuntur. At nunc dicamus de Styge.

*De Styge. CAP. II.*

**S**TYX item inferorum fluius post Acherontem ad inferos accessuris se offert, quam alij ex alijs parentibus ortam crediderunt. Nam Hesiodus in Theogonia ex Oceano natam esse Stygem tradidit in his;

δὴν ἐκὺν ἄναρ ἄ-φάρου ἢ κλατοῖο  
 πρὶσθουτατὰ ἰόσφιν δὲ ἀδῶν κλυτὰ δῶματα γαίῃ  
 μακρῆσι πύτρῃσι κοτιριφί· ἀμφὶ δὲ πάντα  
 κίος ἐπὶ ἄργυροῖσι πρὸς ἕρανὸν ἰσθρίκται.

*Styx graui, Oceani restus de femine nata:*

*Qua procul à superis colit alta palatia, longis*

*Marmoribus suffulta: tenent utrinque columna*

*Argento è puro, & cælum firmantur ad ipsam.*

Atque Pausanias in Arcadicis hanc ipsam fuisse etiam Linij poetæ opinionem scribit. Alij Achetontis, alij Terræ fuisse filiam crediderunt. Apollodorus Grammaticus è petra quadam apud inferos Stygem effluere inquit libro primo; τὸ δὲ τῆς στυγὸς ὕδωρ ἐκ πύτραι ἐκ δὲ εἰόν: *Stygis enim aqua è petra apud inferos fluit.* Hanc Pallanti quidam nupsisse arbitrati sunt, quidam Pirati, ut ait Pausanias, cui peperit Hydram. habuit filiam Victoriā ex Acheronte parte, ut tradiderunt nonnulli, cum huius filiz, Victoria, Vis, Robur, Zelusque Ioui aduersus Titanas opem tulissent, illi nobilitatem hanc & dignitatem Iupiter concessit, ut sanctissimum iusurandum per Stygem Dij haberent: quod testatur Hom. lib. 5. Odyss.

ἴστω τῶν τόδε γαῖα, καὶ ἕρανός τε δῖος ὑπὲρβιν,  
 καὶ τὸ κατὰ θρόνον στυγὸς ὕδωρ, ὅσα μάλιστα  
 ὄρκος δὴνότατός τε πῖλῃ μακάρων θεῶσι.

*Hoc scias & tellus, & vasti sidera mundi,*

*Quaque Stygis de fonte fluit venerabilis unda,*

*Qua iuramentum est superis, numenq; beatu.*

Sic etiam Apollonius in lib. 2. Irim per Stygiam aquam intantem introducit;

*Sic*